



INgeuon & Isteuon, post patrem Mannū magna
 fortitudine rebus in Germania præfuerunt. Hi
 uerò regiam suam uersus Septentrionem ad mare
 Germanicum collocarunt. ubi suam gentē legibus
 & armis, mirum in modum instituerunt. Vnde fa-
 ctum, ut ijs defunctis, eius regionis populi, ab ipsis
 denominati fuerint. Nam Plinius lib. 4 cap. 14, Da-
 nos & alios eius loci incolas, Ingeuones, atque eos
 qui inter Rhenum & Cymbros habitabant, Isteuo-
 nes uocat. Germani etiā nū uernacula lingua, loci
 alicuius indigenas *Æingewoner* appellant. Ita ut lin-
 guæ uetustissimæ proprietates in eo duce adhuc ap-
 pareat. Berof,